

orth zerriten geduncke mich nit ratsam, weil es ohne des Landtvogts wissen nit zugehen köndte ...

raptim wil man mich heüt disern tag mit angeregtem geschafft hin und heri gesprengt".

- 1) 1650 unterlag Beat II. Zurlauben, ein Freund Frankreichs, bei der Ammannwahl an der Landsgemeinde in Zug dem spanienfreundlichen Georg S i d l e r, vgl. AH 48/73 Nr. 5, insbes. Anm. 23.
- 2) vgl. auch AH 39/23
- 3) vgl. EA VI 1, 1322 Art. 299. Beat II. Zurlauben war damals Zuger Tagsatzungsgesandter, s. ebenda 22 (Nr. 20).
- 4) Dietikon, Urdorf und Spreitenbach waren Kollaturen der Abtei Wettingen.
- 5) s. EA V 2, 1144 (Nr. 909)
- 6) s. ebenda VI 1, 30 (Nr. 27). Beat II. Zurlauben war nicht Vertreter von Stadt und Amt Zug an dieser Jahrrechnung. In den gedruckten EA ist dieses Geschäft nicht aufgeführt.

Original - AH 72, 206-207

101

1703 August 29., Luzern

A

BESTAETIGUNG VON NUNTIUS VINCENZO BICHI, DASS OBERSTLEUTNANT KARL JOSEF BRANDENBERG IN DEN RITTERORDEN VOM GOLDENEN SPORN AUFGENOMMEN WORDEN SEI

"Vincentius Bichius ex Marchionibus Abineae [=Albegna], et Comitibus Rechij [=Rocca], Dei et Apostolicae Sedis Gratiâ Archiepiscopus Laodiceae, ad SS. D. N. D. C l e m e n t i s divinâ Providentiâ Papae XI. et Ejusdem Sedis ad Helvetios, Rhaetos etc. cum potestate Legati de Latere Nuntij.

Dilecto Nobis in Christo Tenenti Colonello Carolo Josepho Brandenburg Salutem in Dno Sempiternam. Generis tui Nobilitas, ac propriarum Virtutum merita, quibus fide dignorum testimonio te ornatum Novimus, facile Nos inducunt, ut Te specialis honoris titulo attributa Nobis ad id Apostolica auctoritate Libentèr decoremus. Cum itaque ... Clemens Papa XI. inter alia diversa privilegia, facultates, et Indulta Nobis uti Archiepiscopo Assistenti per suas in formâ Brevis expeditas Litteras datas Romae apud S. Petrum Sub Anulo Piscatoris Anno 1703. die X. Januarij Pontificatus Sui Anno III. concessa, facultatem, et auctoritatem inpertiverit, ut nonnullos Viros Nobiles, et Idoneos, atque ijs partibus praeditos, quae ad hoc requiruntur Auratae Militiae Aequites modo, et forma et cum facultatibus ibi expressis creandi, prout in Eisdem Litteris, quarum tenorem hîc pro Expresso haberi volumus, plenius continetur. Nos, qui

te partibus et Infrascripta requisitis fide dignorum relatione apprimé praeditum accepimus praedictorum meritorum intuitû favore gratioso personam tuam prosequi, et dignioris Nominis titulo decorare volentes, Vigore praefati Apostolici Privilegii Te Carolum Josephum Brandeberg Auratae Militiae Equitem creamus, et deputamus, et aliorum Auratae Militiae Aequitum numero, et consortis favorabiliter aggregamus. Tibique, ut torquem Aureum, Ensem, et aurata Calcaria deferre, ac omnibus, et Singulis Privilegijs, gratis, indultis, et praerogativis, quibus alij Auratae Militiae huiusmodi Aequites utuntur, potiuntur, et gaudent citra exemptiones à Concilio Tridentino Sublatas, uti, potiri, et gaudere possis, et valeas, concedimus, non obstantibus omnibus illis, quae idem Pontifex in dictis Litteris voluit non obstare, caeterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, ut antequam praesenti Gratia perfruaris, Fidelitatis Jus iurandum iuxta formam Solitam, et consuetam in manibus alicuius Personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae per Te eligendae omninò praestare tenearis, aliquin praesentes nostrae nullae sint. In quorum fidem praesentes manû nostrâ firmatas in Privilegij Formâ exinde fieri, et per infra Scriptum Secretarium nostrum [- dessen Unterschrift fehlt jedoch auf dieser Kopie -] etiam Subscribi, Sigillique nostri, quo in talibus utimur, fecimus impressione muniri ...

L.S. [sig.] V. Archiepiscopus Laodicae Nuntius Apostolicus"

"Facultas praebendi ordinem Equestrem Dno B e a t o J a k o b o [A n t o n i o] Zurlauben Beneficiato."¹

1) Beat Jakob Anton Zurlauben, der vorliegende Kopie schrieb, wurde 1729 tatsächlich auch in die Ritterschaft vom Goldenen Sporn aufgenommen, s. AH 70/17.

Dorsualnotiz von unbekannter Hand - AH 72, 208-209 - Blatt 209^r leer

102

1742 Mai 1., Bruchsal

MANDAT [DES BISCHOFES VON KONSTANZ, DAMIAN HUGO VON SCHOENBORN,
AN DIE PROEPSTE, DEKANE, PFARRHERREN UND PRIESTER SEINES
BISTUMS]

Druckwerk. - AH 72, 210-210a - Abb. des Titelblattes s. am Schlusse von AH 72.